



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

Quòd pecuniariis iudiciis conuictos, ipse propriis facultatibus subleuauit.
Cap. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

Condonatio quartæ partis tributorum.

CAP. II.

QVanto autem studio curauerit, vt & plebem & inferiorum hominũ animos exhilararet, vel ex vno exemplo quod erat, & ad vitam commodissimum, & ad omnes etiam perueniebat, hodieq; durat, facile perspicere licet. Nam cum annua ei tributa, agrorum nomine penderentur, quartam his detractam partem, agrorum possessoribus donauit: vt annuam detractationem ad calculum reuoanti, facile appareret frugum dominos quarto quouis anno apendẽdo tributo fore leuatos: Id quod etiam lege firmatũ, & in omne reliquum tempus stabilitum, non uiuentibus solum, sed etiam eorum liberis & successoribus indelebilem & perennem beneficentiam præstitit.

Adequationes tributorum granium.

CAP. III.

CVM vero nonnulli agrorum metationes à superioribus imperatoribus factas reprehenderent: hisq; fines suos premi quereretur: hic rursus arbitros misit: qui re diligenter inspecta postulantes illæsos præstarent.

Quòd pecuniariis iudiciis conuictos, ipse propriis facultatibus subleuauit.

CAP. IIII.

CAeterorum causas pecuniarias ipse imperator audiens cum minimè uellet vt qui causa cecidissent deteriori conditione discederent: libenter eis ex suis bonis nõnunquam agros, aliquando pecunias largiebatur: vt iudicio conuictus, quoniam dignus est habitus, vt in conspectũ imperatoris ueniret: non minore cum lætitia discederet, quàm qui causam erat adeptus. Etenim cum non decere existimaret, vt qui coram tanto imperatore compareret, demisso & lugubri animo dimitteretur: ista ratione perfecit, vt utraq; pars sereno placidoq; vultu iudicio liberaretur. Ita accidit vt hanc animi in imperatore celsitudinem omnes admirarentur.

002 scybas